

3B e 3C Liceo Scientifico - Latino – estate 2025

Cosa posso fare di grande?

L'uomo è un animale politico, dice Aristotele nell'*Etica Nicomachea* (lib. IX, cap. 9) e nella *Politica* (lib. I, cap. 2), cioè si realizza come uomo all'interno di una comunità. Non vuol dire che tutti diventeremo politici di professione, ma significa che spetta a tutti noi la politica intesa come **cura della comunità**. Così asserisce lo scrittore Alessandro D'Avenia: *l'umano è quindi incrocio di tecnica (dono divino da custodire) e cura (azione umana), dal contadino al ministro, dal soldato al medico, dal genitore al maestro. Senza questa duplice dimensione di tecnica (sapere e saper fare) e di cura (rendere più viva la vita altrui) il politico (letteralmente colui che cura la polis, la comunità) non può fare il politico.*

Anche noi, che siamo a pieno titolo membri di una comunità, in quanto cittadini, non solo ne impariamo la tecnica (le conoscenze del passato, le innovazioni tecnologiche del futuro), ma curiamo le relazioni con i membri della comunità, dialogando attraverso i libri con chi è vissuto prima di noi e costruendo rapporti significativi con le persone che ci circondano.

Ecco dunque un percorso che da una parte mira ad una tecnica (la competenza del saper tradurre), ma dall'altra offre una cura (la riflessione, in compagnia dei classici e degli umanisti, su cosa possiamo fare per vivere una relazione serena con chi è membro della nostra comunità e chi non lo è).

• Parte A: La cura della comunità

Traduci le quattro versioni e rispondi alle domande in calce. Scrivi **a MANO sul quaderno**. Invia le risposte **su classroom nel compito apposito**. Non fare tutto a settembre, perché rimanere mesi senza tradurre è come affrontare una partita senza essersi allenati per mesi. Anche il cervello ha bisogno di allenamento costante! Ci guida alla riflessione Erasmo da Rotterdam, che, illustrando la figura del buon principe cristiano, ci fornisce spunti per vivere bene insieme.

De bello suscipiendo

Cum numquam oporteat Principem praecipiti esse consilio, tum haud alibi constantior erit aut circumspectior, quam in suscipiendo bello, quod aliis ex rebus alia nascentur incommoda, ex bello semel omnium bonarum rerum naufragium oriatur, omnium malarum rerum pelagus exundet: deinde quod non aliud malum haereat tenacius. Bellum e bello seritur, e minimo maximum nascitur: et alibi nata belli pestis in proximos etiam, immo in procul etiam dissitos propagatur. Bonus Princeps numquam omnino bellum suscipiet, nisi cum tentatis omnibus, nulla ratione vitari potuit. Hoc animo si fuerimus, vix umquam exsistet inter ullos bellum. Denique si vitari non potest res tam pestilens, tum proxima cura fuerit Principis, ut quam minimo suorum malo, quam minimo Christiani sanguinis impendio geratur.

De foederibus

Si quid in foedere violatum videbitur [*sembrerà*], non statim huc inclinandum est, ut universum foedus irritetur, ne fit occasio recedendi ab amicitia. Dabit operam bonus ac sapiens Princeps, ut cum omnibus pacem habeat, sed praecipue tamen cum finitimis, qui plurimum noceant infensi, prosint amici, et sine quorum mutuo commercio, ne durare quidem possit Respublica. Et facile coit et cohaeret amicitia inter eos, quos lingua communis, regionum propinquitas, ingeniorum ac morum similitudo conciliet. Sunt quaedam ita procul dissitae, ut etiam si bene velint, prodesse nihil possint. Postremo sunt quaedam adeo morosae ac foedifragae et insolentes, ut etiam si finitimae sint, tamen inutiles sint ad omnum amicitiam.

De legibus condendis aut emendandis I

Bonus et incorruptus Princeps, nihil aliud est quam viva lex. Dabit igitur operam, non ut multas condantur leges, sed ut quam optimas, maximeque Reipublicae salutes. Nam bene institutae civitati, sub bono Principe, et integris magistratibus, paucissimae leges sufficient. In condendis autem legibus illud in primis cavendum erit, ne quid oleant fisci lucrum, ne privatam Procerum commoditatem, sed ad publicam utilitatem referantur omnia. Quod si [*Se invece*] distorta fuerit regula, quid futurum est, nisi ut per huiusmodi leges etiam quae recta fuerant depraventur? Et Plato vult leges esse quam paucissimas, maxime de rebus levioribus, veluti de pactis, commerciis, vectigalibus. Ubi Princeps integer est, et officio suo funguntur magistratus, nihil opus multis legibus.

De legibus condendis aut emendandis II

Cum, iuxta Platonem, duplex sit poenae genus, in altero videndum est ne supplicium acerbius sit quam pro re commissa, ideoque non erit temere ad ultimum supplicium veniendum: neque facinoris ratio nostris erit aestimanda cupiditatibus, sed aequo atque honesto. Cur enim passim simplex furtum capite punitur, et adulterium paene impunitum est - idque contra veterum omnium leges - nisi quod [*se non per il fatto che*] apud omnes nimium in pretio est pecunia? Ad alterum genus, quod ille vocat exempli, perquam raro veniendum erit, nec tam agendum est, ut immanitate poenae deterreantur caeteri, quam novitate. Ut in morbis non sunt tentanda nova remedia, si veteribus succurri malo possit: ita non sunt condendae novae leges, si veteres ministrent aliquid, quo malis Reipublicae medearis.

Domande di riflessione sulle versioni di questa facciata

- 1) Cosa pensa Erasmo della guerra? Perché? In quali circostanze, secondo Erasmo, si dovrebbe intraprendere un conflitto armato?
- 2) Cosa pensa Erasmo della violazione dei patti?
- 3) Quali sono gli ambiti in cui il principe dovrebbe legiferare? Meglio poche o tante leggi? Perché?
- 4) Cosa pensa Erasmo della pena di morte?
Comincia a svolgere su queste versioni gli esercizi 1-6 richiesti nella Parte C

Come posso imparare a tradurre bene?

Non copiare da nessuno, né da internet né dai compagni. Traduci spesso e volentieri. L'esercizio continuo e la pazienza danno i frutti nel lungo termine

• Parte B: La cura della comunità II

Traduci le quattro versioni e rispondi alle domande. Scrivi **a MANO sul quaderno**. Invia le risposte **su classroom nel compito apposito**.

De libris legendis I

Praemonendus est ita Princeps, ne ea quae in sacris voluminibus legerit continuo putet imitanda esse. Discat Hebraeorum pugnās et caedes, immanitatem in hostes, ad allegoriam esse vocanda, alioqui pestiferam esse horum lectionem. Quoties Princeps librum sumet in manum, hoc animo sumat, non ut delectetur, sed ut melior a lectione discedat. Facile invenit unde reddatur melior, qui hoc vehementer studet ut melior fiat. A nullis auditur verum sincerius, aut commodius, neque minore pudore quam a libris. Sed tamen sic amicos assuefaciat Princeps, ut qui libere monent, intelligant se gratiam inire.

De libris legendis II

Iam cum prisci Scriptores universam administrandae Reipublicae rationem, in duplices artes secuerunt, pacis et belli, et prior et praecipua cura debet esse Principis instituendi in his rationibus, quae ad pacis tempora sapienter moderanda pertinent, quibus hoc pro virili [parte] conandum est, ne belli muniis umquam sit opus. Qua re ita docendus est Princeps, ut Geographiam et Historiam ditionem noverit. Studeat igitur in primis regionum ac civitatum situm, originem, ingenium, instituta, consuetudines, leges, annales ac privilegia cognoscere. Nemo potest mederi corpori, nisi cognito. Nemo recte colit agrum, quem non novit.

De Principum occupationibus in pace I

Princeps igitur Christi decretis, et sapientiae praesidiis instructus, nihil aliud habebit carum, quam populi sui felicitatem, quem oportet velut unicum corpus diligere et curare. Et in hoc unum omnes cogitationes, omnes conatus, omnia studia destinabit, ut ad eum modum administret provinciam sibi creditam, ut et Christo rationem exacturo probetur, et apud mortales omnes honestissimam sui memoriam relinquat. Illum Scipionem imitetur, qui negabat se minus esse otiosum, quam cum in otio esset, quod is quotiens vacaret a Reipublicae negotiis, semper animo secum agitabat aliquid, quod ad civitatis salutem pertineret [*Cita Cicerone De officiis 3, 1-4*]. Imitetur Aeneam Virgilianum, quem prudentissimus Poeta frequenter, aliis dormientibus, multa per noctem suo cum animo volventem facit, quo rectius suis consularet.

De Principum occupationibus in pace II

Bonis legibus occurrendum est malis moribus, corrigendae [sunt] leges depravatae, prospiciendi [sunt] magistratus integri, puniendi aut cohibendi [sunt] corrupti. Exquirendae sunt rationes, quibus tenuem plebeculam quam minimum gravet, quibus ditionem suam latrocinii ac maleficiis liberet, idque quam potest minimo sanguine, quibus suorum perpetuam concordiam alat ac stabiliat. Neglectos agros colendos curet, quo magis suppetat annonae vis. In his quae ad Rempublicam

pertinent, convenit Principem esse non luxuriosum aut profusum, sed splendidum, velut in publicis aedificiis, aut ludis, in excipiendis legationibus, si quae populi causam agant. In his quae privatim ad illum pertinent erit frugalior et contractior, partim ne publico sumptu vivat, partim ne cives suos luxuriam doceat.

Domande di riflessione sulle versioni di questa facciata

- 5) Perché Erasmo consiglia la lettura dei libri? Classici o cristiani? Con quale *caveat*?
- 6) La cultura è utile alla politica? Quali materie e perché? Quali similitudini usa?
- 7) Qual è il fine dell'operato del politico per Erasmo? Perché propone al principe di imitare Scipione Africano e Enea?
- 8) In quali attività il principe deve essere impegnato durante la pace?

• Parte C: La custodia della tecnica (TEST D'INGRESSO)

Ripassa PRIMA dell'inizio delle lezioni le regole (il test si terrà nei primi giorni di scuola)

- Interrogativa diretta e indiretta pp. 112-124
- Indefiniti, pp. 134-160
- Gerundio e supino p.180-186
- Gerundivo, funzione attributiva e predicativa p. 194-200
- Perifrastica passiva pp. 202-205

Svolgi a mano sul quaderno i seguenti esercizi dopo il ripasso delle regole

- 1) Sottolinea in giallo in tutte 8 le versioni tutti i pronomi e aggettivi indefiniti. Declina poi ognuno sul quaderno
- 2) Sottolinea in verde in tutte 8 le versioni tutti i gerundi, riportali sul quaderno e declinali in tutti i casi
- 3) Sottolinea in blu in tutte 8 le versioni tutti i gerundivi, riportali sul quaderno e individua la funzione
- 4) Sottolinea in viola in tutte 8 le versioni tutte le perifrastiche passive, riportale sul quaderno e individua la costruzione e la presenza eventuale del dativo d'agente
- 5) Sottolinea in rosso in tutte 8 le versioni tutte interrogative dirette e indirette. Poi sul quaderno scrivi tutti gli elementi che le possono introdurre (pron agg avv part)
- 6) Sottolinea in arancione in tutte 8 le versioni tutti i participi, riportali sul quaderno e individua la funzione

È CHIARO CHE PER SUPERARE IL TEST D'INGRESSO SERVE ANCHE LA CONOSCENZA DELLE REGOLE IMPARATE IN PRECEDENZA. RIPASSA TUTTI GLI ARGOMENTI CHE NON CONOSCI

Alcuni consigli su come organizzare bene il lavoro:

- **è bene organizzare i compiti un po' per volta**, non riducendosi a settembre (quando non ci sarà il tempo per svolgere tutto e per bene). Non fare tutto a settembre, perché rimanere mesi senza tradurre è come affrontare una partita senza essersi allenati per mesi. Anche il cervello ha bisogno di allenamento costante!
- **Segui le indicazioni:** non fare male il lavoro, non ignorare le richieste, non copiare da internet o dai compagni. **La fatica ripaga sempre.**

A chi ha avuto l'insufficienza nella pagella (debito) o una segnalazione di aiuto (6A) sarà fornito un lavoro supplementare (che si aggiunge ai compiti delle vacanze). Le modalità per il recupero saranno indicate su Mastercom e su classroom

Cosa portare il primo giorno di lezione a settembre? Tutti i compiti di Latino svolti